Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Stein Christian Heinrich Ellerhusen

# Disputatio Iuridica I. exhibens Dissonantiam Iuris Civilis Et Moderni, Ex Prooemio & Libri I. Ti. I. ad VIII. Instit. Iustin.

Rostochi[i]: Richelius, 1692

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

1692 d. 10 Sept Rostock diss I.

Praes: Matthias Stein – resp. Christian Henr. Ellerhusen

de dissonantia iuris civiles et moderni

ex proemio et L. 1. Ti. 1. ad 8 Inst. Justin.

1600 d. Rostock diss

Praes: Matthias Stein – resp. Meino Joh. Sasse,

de dissonantia iuris civilis, canonici et moderni

ex Tit. 9. 10. 11. 12. Libri 1. Inst. Justin.

Unterschied zwischen jur. civ. et jur. modernum

R.U. - jur. 1692 Stein, Matthias / 6

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741715759/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741715759/phys_0002
DFG

I. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA I.

exhibens

# DISSONANTIAM JURIS CIVILIS ET MODERNI,

Ex Prooemio & Libri I. Tit. I. ad VIII. INSTIT. JUSTIN.

*QUAM*

SECUNDANTE EX ALTO NUMINE,

SUFFRAGANTE MAGN. JCTORUM ORDINE,

*PRÆSIDE*


DN. MATTHIA Stein/

J. U. D.


*DIE X. SEPTEMBR. ANNO M DC XCII.*

IN AUDITORIO MAJORI,

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT


CHRISTIANUS HENRICUS Ellerhuſen/ ROSTOCH.



ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliſſim. Senatûs Typograph.


1692


Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759/phys_0003

DFG

# DEO
## TER OPTIMO MAXIMO,
# PATRI,
# FRATRI,
aliisqve
# PATRONIS,
EXERCITIUM HOC ACADEMICUM

in teſſeram debitæ obſer-
vantiæ,

Univerſitäts-
Bibliothek
Roſtock

D. D. D.

RESPONDENS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741715759/phys_0004
DFG

I. N. J.

# PRÆFAMEN
ad
# B. L.

FOres obſeratas *clave* iis aptata deſtitutus, aliis licet centum ſtipatus, non facile reſerabit: Et ſane regia indutus veſte, *capite* tamen minus ornato incedens, nullam aut exiguam admodum apud honeſtos ſibi conciliabit gratiam: Pariter omnium Regum Regnorumq; juribus inſtructus, neglecto qvod hic viget jure Locali, cui capitis inſtar reliqva qvævis cedere neceſſe, ne unicum, in hoc qvi occurrit foro, tutò decidet caſum, eo qvod, ne in particulares hujus fori leges aut privilegia decidendo impingat, eoq; Eruditorum gratia facile excidat, vereri admodum habet: Unde caſuum dubiorum CLAVIS *jus Locale*, & reliqvorum jurium CAPUT *jus Locale* non immerito laudatur. Qvid ergo juvat, in Academiis varios Legum delibari flores, qvando illos, ex qvibus in foro & Curiis fructus colligimus, ex qvibus autem iſti fruſtra petuntur, nudumq; præſtant fulgorem, dignoſcere minus valemus: Juris proin ſtudio incumbentes à via recta aberrare minimè videntur, qvando cum communibus Jurisprudentiæ

principiis & Legibus ea conjungunt jura, qvæ Patria, cujus amor omnium charitates ſuperare debet, obſervat propria, ne deinde ad forum accedentes ſeſe in alterum orbem delatos eſſe putent, & cum pudore audire cogantur: Turpe eſſe cauſas oranti jus, in qvo verſatur, ignorare *l. 2. §. 43. ff. De O. I.* Operæ ergo pretium me facturum confido, qvando inter jus commune, qvod in qvolibet Inſtitutionum titulo, iſtiusq; exhibetur Loco juris parallelo, & inter uſum iſtius modernum æqvè generalem ac hujus loci ſpecialem collationem inſtituendo præcipuas colligo differentias, utpote qvæ ad facilitandum juris ſtudium, tam *Extraneo*, animadvertenti tum diſſonantem Praxin Inſtitutionum univerſalem, tum praxin loci, in qvo aliqvando commorabitur, particularem colligendi methodum, qvam *Indigenæ*, cujus utilitas ocularis, non parum inſerviunt. Sanctiſſimum autem Numen, ut hocce aliaqvè cœpta in ſui auguſtiſſimi Nominis gloriam, omniumqvè qvorum intereſſe poteſt, emolumenta currere jubeat, precibus qvibus decet, ardentiſſimis expeto: De Cætero B. L. ex voto vale & pro candore tuo, ſi candidus es, omnia candidè interpretare. Ita ſit

## Theſ. I.

AD PROOEMII INSCRIPTIONEM.

Nominis divini huic operi præmiſſa invocatio, laborem aggreſſuro cum Deo qvemvis ut exordiatur ſvadens, DD. ſuppeditat occaſionem qværendi, *Num illa invocatio ad inſtrumenti publici reqviratur formam?* Negantium de jure Civili vexilla ſeqvi inductus arg. *Nov. 47. c. 1.* qvod neceſſaria inſtrumenti exhibet reqviſita, & ad illa prædictam non refert invocationem, adeoqvè nec noſtrum erit plures, qvàm leges præſcribunt, ad actus hujus perfectionem exigere ſolennitates. arg. *l. 5. pr. ff. de Adminiſt. tut. Nov. 18. c. 5.* Ungep. *Ex. 1. qvæſt. 1.* Hunn. *ad*

*ad Treutl. V. 2. d. 5. Th. 3. q. 1.* Laut. *in Comp. ff. de fid. inſtrum. verſ. circa inſtrumenta.* Harpr. *b. ad inſcript. n. 5. ubi Diſſentientes allegat.* Hodie autem Sanctiſſimi Nominis omiſſam invocationem Notarii vitiare Inſtrumentum, ex Conſtitutione imperii de Anno 1512. *tit.* von Notarien §. und nachdem *5.* & §. *ſeq.* facile liqvet. Laut. *d. l.* Brunm. *Exerc. Juſt. 1. ad princ. Proœm.*

II.

Adpoſitus imperatoris Titulus hunc in modum hodie transformatus. *Leopoldus, DEI Gratia, electus Romanorum imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxenburgiæ, Würtenbergæ, Superioris ac inferioris Sileſiæ, Princeps Sueviæ, Marchio ſacri Romani imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Pfirti, Kyburgi & Goritiæ, Landgrafius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.* Veniam me impetraturum confido, qvando occaſione hujus Tituli pauliſper excurro, inqvirendo in rationem probabilem, qvæ Leopoldum inſuper Sereniſſimum, Potentiſſimum & invictiſſimum imperatorem hodie ſalutare ſuadet: In LL. Romanis, imperatores Divos, Sacratiſſimos it. Sanctiſſimos & Nobiliſſimos appellari Principes, innuit Rubric. *tit. J. De J. & J. l. 9. ff. Ad SCtum Tertull. l. 87. §. fin. De Legat. 2. l. 3. ff. De Natal. reſtit.* Cujus de Appellationis ratione DD. paſſim: Hodie autem ſalutatur (1.) in gradu *plusqvam Superlativo* Cæſar Allerdurchleuchtigſter Sereniſſimus, qvæ vox idem ſignificat, qvod omnium puriſſimus, qvæqvè transfertur ad animi ſinceritatem atqvè puritatem, qvæ per excellentiam attribuitur imperatori Romano-

mano-Germanico. In *ſuperlativo* Durchleuchtigſte/ Cæſar Reges honorat; Tituli hujus ſuperlativo Electores, Archi-Duces & Principes Seculares, nec non Archiepiſcopi & Epiſcopi, Electorali, Archi-Ducali & Ducali domo oriundi ab inferioribus coluntur. *Reſpublica Veneta* etiam Sereniſſimæ titulo gaudet, qvem & *Genuenſis* à ſummo Pontifice Anno 1656. petiit, verùm dicitur repulſam tuliſſe. Theatr. Europ. *part. 7. p. 894.* In *Poſitivo* titulum Durchleuchtige/ à Cæſare Electores & cœteri imperii Principes accipiunt. (2.) *Potentiſſimus* Großmächtigſter/ utpote qvi provinciarum amplitudine & populorum fortitudine multos ſuperat Reges. Cæſar hunc *potentiſſimi* titulum imperatori Turcico & Regibus Chriſtianis, hiqvè ſibimetipſis invicem largiuntur. Generales Status *Præpotentes* die Hochmögende/ die Provincial-Staaten/ Edelmögende Herren: Democratores Helvetii die Großmächtige & Gubernatores Reipublicæ Rhetiæ *potentes Domini* die mächtige Herren ſalutantur. Tandem (3.) & *Invictiſſimus* Unüberwindlichſter laudatur, & qvidẽ à multis ob id, qvod iſtum qvartæ & ultimæ ad finem mundi duraturæ Monarchiæ, qvæ ſicuti priores à peregrino victore non delebitur, ſtatuunt caput. Vid. Carpz. *de L. R. c. 13. S. 7. n. 11. S. 8. n. 6. & S. 10. n. 4. & 23.* Reink. *de R. S. & E. L. 1. Claſ. 2. c. 1.* *Invictiſſimi* titulus etiam Paulo V. Pontif. Rom., teſte Weſſeling. *Nomognoſt. Theor. pract. voc. patrimon. Petr.*, uti ex ſeqq. verbis patet, dari ſolitus eſt: Paulo V. vice DEO, Chriſtianæ Reipublicæ Monarchæ *Invictiſſimo*, & pontificiæ omnipotentiæ conſervatori acerrimo. Qvanqvam *Rex Daniæ*, Chriſtianus III. male habens pronunciaſſe dicatur: Salutamur qvidem nos Reges *Invicti*, verum omnes à morbo *vincimur.*

III. Im-

III.

Imperator Juſtinianus in præfixo Inſtit. titulo ſalutatur CÆSAR, à julio Cæſare, cujus nomen imperatorum eſt factum hæreditarium, procedente tamen tempore eodem nomine inſigniti, qvi vivo imperatore Auguſtæ Majeſtatis heredes deſignati *l. 7. C. de Malef. & Mathemat.* ibiqvè Gotofred. *lit. a.* Vinn. *in not. b.* Unde Alciatus ait, inter Cæſarem & Auguſtum id intereſſe, qvod *Auguſti* hi dicantur, qvi nunc regnant, & imperatoris nomine honeſtati ſunt: At *Cæſares* dicuntur, qvi ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam provinciam aliqvam, cum Cæſaris honore tantum, donec Auguſtus vixerit, poſt ejus mortem ſucceſſuri in imperio. Hodie autem Cæſar, Auguſtus & imperator ſynonimicè valent & Succeſſor deſignatus *Rex Romanorum* audit Gotofr. d. l. Gockel de *Baſiligr. Europ.* c, 1. §. 12.

IV.

**AD PROOEMII TEXTUM.**

Proponitur in Prooemii textu ordo, qvo jus Romanum conditum, eoqvè jure omnes populos (Romano ſc. imperio ſubjectos, qvo ſenſu etiam intelligenda *l. 9. ff. Ad L. Rhod. de jact.*) regi traditur in *fin. §. 1. h. & §. 7. J. de ſatisdat.* Qvale *Aſſertum* de tempore imperatoris juſtiniani ſi capiatur, firmo ſatis ſtat talo. Hodie autem, mutato valdè priore imperii Romani ſtatu, hocce jure juſtinianeo qvà juſtinianeo non ſtringimur, ſed qvà liberrimo conſenſu in judiciis noſtris eſt receptum, qvod ergo non recepimus, vel qvatenus contraria conſuetudine ab eo diſceſſimus, ejus nulla eſt apud nos autoritas: Nec hujus receptionis ratio ubivis eſt eadem, in aliis enim Germanicæ locis plus, in aliis minus ex eo eſt receptum. Brunm. *qvæſt. 8. ff. de O. I.* Johan. Eichel. *in præfat. ad Hahn. obſervat. in Weſenb.* Ita non facile aliqvem latebit, in Matrimonialibus,

nialibus, pactis, Bonis Eccleſiaſticis, Piis cauſis, præſcriptionibus, juramentis, Proceſſu, aliisqvè plurimis, qvæ exhibet Rittershuſ. *in Proœm. Tract. differ. jur. Civ. & Can.* jus Canonicum in foro noſtro Juri Civili toties anteponi: Id qvod magno Practicorum cumulo firmat Rittersh. *d. l.* jung. Stryk. *in introduct. ad prax. Forens. c.* 1. §. 6. In multis tamen cauſis nos juris civilis deciſionem hodie ſeqvi, expeditum. leg. Mev. *p.* 2. *Deciſ.* 99. utpote ad qvod tanqvam commune toties in Receſſibus imperii, etiam noviſſimo de Anno 1654. §. 83, 105, 122. & 157. ablegamur. Add. C. C. C. *in Præfat. & Art.* 120. ibi Nach unſer Vorfahren Keyſerlichen Rechten. Ordin. Cam. *p.* 1. *T.* 13. §. 1. & *Tit.* 57. Et *p.* 2. *Tit.* 31. §. *ult. Item p.* 3. *Tit.* 54. §. 1. Laut. *in Comp. ff. princ.* Qvin hæcce magna juris Civilis autoritas non in Germania qværit terminos, ſed propter conformem, qvæ in noſtris continetur legibus, juſtitiæ normam, per varia ſeſe exſerit Regna, unde jus juſtinianeum, ex Confeſſione JCtorum celeberrimorum, in orbe Chriſtiano commune qvaſi Gentium jus factum, ad oculum hoc demonſtrante Arthur. Dück. Tr. de Uſu & Author. jur. Civil. Rom. *Hoc ſane*, loqvente Excellentiſſ. Strykio, in præfatione ad Qvæſt. ff. Brunman. *ſplendori imperio eſt, qvod ex eo Regna alia deducant jura ſua; Honori JCtis, qvod non ſtatutariis qvibusdam ſanctionibus, ſed juri ab omnibus cognominato æqviſſimo, ac ubivis ſacræ anchoræ loco obſervato, operam impendant.* Conſpicitur autem hæc juris juſtinianei autoritas hodie potiſſimum in eo, qvod (1.) jura ſtatutaria ex illo declarentur. (2.) Reſtringantur, nam ſtatuta ſtrictiſſimè interpretanda. (3.) Suppleantur. Carpz. *p.* 3. *C.* 20. *n.* 6 & 7. Niſi ſtatutis aliud expreſſe ſit cautum, per tradita Mevii *Qvæſt. prælimin.* 7. *in Comment. ad J. L. n.* 38. Qvalem autoritatem (*ut præfamini ſatisfiat*) jus Civile in

hancce

hancce Provinciam Civitatemq; patriam pariter exercere, *tum* Conſtitutio Judicialis Megapol. *p. 1. T. 4. §.* Es ſoll der Land-Richter &c. nach des heiligen Römiſchen Reichs gemeinen Rechten. *Tum* Conſtitutio Judicialis Roſtoch. *p. 1. T. 17. §. 1.* ibi: Weil wir in dieſem Fall eine geraume Zeithero das gemeine beſchriebene Keyſerl. Recht gefolget: Item *p. 1. Tit. 28. princ. & paſſim* ſatis evincunt: Et qvem qvæſo fugit, varias in hoc loco, qvæ à prædicto jure Communi accipiunt interpretationem, reperiri Conſtitutiones, tam Provinciales, qvàm Civitatis hujus particulares, pacta & placita: Ita in hoc Ducatu, ut pauca ſaltem producam, proſtant: Politica Conſtitutio Megapol. die Mecklenburgiſche Policey- und Land-Ordnung de Anno 1572. Conſtitutio Judicialis Megapol. die Mecklenb. Land- und Hoffgerichts-Ordnung: Provinciæ hujus Reverſales: die Land-Reverſalien oder Aſſecuration Reverſe de Anno 1572. & 1621. Aliaq; qvamplurima: Roſtochium etiam varias Conſtitutiones & pacta amat: ſic Legis vim obtinent Conſtitutio Civica, die Bauer- oder Bürgerſprache: Conſtitutio politica & Judicialis: der Roſtocker Policey- und Gerichts-Ordnung / Duæ Transactiones cum illuſtriſſimis Megapoleos Heroibus initæ die beyden Erbverträge *de Anno 1573. & 1584.* Aliæqvè variæ Conſtitutiones, qvas pro ratione materiæ obviæ, qvælibet annuente DEO exhibebit diſputatio: Imprimis autem hæc Civitas in omnibus obligationum & Actionum generibus ac controverſiis, qvæ peculiarem in politica ſua Conſtitutione, ordinatione Judiciaria, aliisqvè, deciſionem non habent, jus Lubecenſe reſpicit & ſervat, utpote qvod plus qvadringentis annis Roſtochii viguit: Qva de re erudite diſſerit Excell. Johann. Sibrand *p. 1. jur. Lubec. Sect. 10.* & de iſtius interpretatione ex jure Civili *in Sect. 9. n. 18.* Notandum tamen

in Criminalibus Ampliſſimum Senatum Roſtochienſem, non ad normam ſtatutorum Lubecenſium, ſed ſecundum ordinationem Criminalem Caroli V. proceſſum inſtituere ac pœnam dictare, juxta præallegatam Transactionem de Anno 1573. §. So wollen auch gemeldeter Raht. 20. ibi: Auch in allen Peinlichen Fällen/ der Keyſerlichen Peinlichen Halßgerichts-Ordnung nachzugehen und vermöge derſelben zu verfahren ſchüldig ſeyn ſolle.

AD TITULI I. DE JUSTITIA ET JURE. PRINCIPIUM ET §. I.

V.

Juſtitiam univerſalem voce juſtitiæ *in h. princ.* comprehendi, magnus magni nominis DD. ſtatuit numerus. Laut. *in Comp. ff. h. t.* Ungep. *Ex. 1. q. 10.* Hunn. *Var. Reſol. L. 1. Tr. 1. q. 3.* Aliiq; Urbica autem noſtra jura in particulari acqvieſcere juſtitia, legenti facile patet, imprimis cum de rebus divinis, qvæ æqvè ac humanæ jurisprudentiæ juſtinianeæ conſtituunt objectum *§. 1. J. h.*, parum diſponant: Unicus tamen legitur articulus in Conſtitutione Civica in der Bürgerſprache hiſce verbis conſcriptus: Niemand ſoll des Sontags vor vier Uhr Nachmittage Feuer in die Darne/ oder unter die Pfanne machen laſſen bey Straff 5. Gülden: Inſuper elegans admodum de ſanctificatione Sabbathi juſſu Ampliſſ. hujus Civitatis Senatus Anno 1661. & 1679. impreſſum & publicatum deprehendi Edictum. Pariter juris Lubecenſis, cujus inſignem in patria uſum ſupra demonſtravi, finem eſſe juſtitiam particularem, eadem, qvæ antea afferebatur, probat ratio: Nam nec iſtud rerum divinarum rationem qvandam habet, non ac ſi Reſpublica Lubecana facultate circa ſacra qvidqvam conſtituendi deſtituatur, (nam liberis imperii Civitatibus jus ſacrorum eodem jure, qvo Sereniſſimis Electoribus, illuſtriſſimisqvè imperii Principibus competere, ex Pacificatione Relig. §. und damit ſolcher Fried; junct. §. Nachdem

dem aber in vielen Frey-und Reichsſtädten facile patet.) ſed qvod illorum diſpoſitionem peculiaris complectatur Nomotheſia: Etiam illuſtres Megapoleos Heroes ſacras ſuas Leges, qvæ in hac civitate non parum attenduntur, doctrinam & ceremonias exprimentes ſanciviſſe, ordinatio Eccleſiaſtica die Mecklenb. Kirchen-Ordnung Anno 1557. publicata & Anno 1602. ab Uldarico, piæ memoriæ, reviſa ſatis probat.

VI. AD §. III.

Tria in §. 3. h. t. exponuntur juris præcepta, Honeſte vivere, Alterum non lædere, Suum cuiqvè tribuere: Qvorum circa uſum lepidè notavit Grönew. *Batavus JCtus. de LL. abrog. ad l. 10. §. 1. ff. h. t.* qvod hodie in deſvetudinem abierint. Qvod, *inqvit Excell. Theod. Pauli, Profeſſ. Regiomont., Diſputat. 2. Juſtin. ad h. §. Qvæſt. ult.* licet ille joco dixerit, neſcio tamen, annon reapſe qvadret ſeculo huic, in qvo pietas pudori, candor ſimplicitati, fides vitio ducitur; imò qvo in locum præcepti *de nemine lædendo*, ſucceſſit notum iſtud, *ſi feciſti, nega.*

VII. AD §. IV.

Jus publicum, qvod hic §. reſpicit, qvodqvè in primo ac poſterioribus Digeſtorum, nec non primo ac poſterioribus Libris Codicis potiſſimum continetur, aliâ jam imperandi introductâ formâ, valde eſſe immutatum, ex moderno jure publico non obſcurè liqvet: Qvod ipſum non inconcinne dividitur in univerſale & particulare, vel qvod eodem recidit, in jus publicum totius imperii Romani; Et hujus vel illius provinciæ & Civitatis. *Prius* ex Aurea Bulla Caroli IV., Receſſibus imperii, Pace Religioſa & Profana, Capitulatione Leopoldi &c. colligendum eſt: *Poſterius* & qvidem hujus Provinciæ & civitatis Patriæ, ex Reverſalibus, Executionis Ordinatione Provinciali, Con-



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn741715759/phys_0013 DFG

ſtitutione Eccleſiaſtica, Transactionibus hæreditariis de Anno 1573. & 1584., aliisqvè variis Conſtitutionibus, & Privilegiis, pactis & placitis eſt hauriendum.

AD TITULI II. DE J. N. G. & C. §. III.

VIII.

Juris qvidem ſcripti, qvæ in h. §. recenſentur, ſpecies, præſens Reipubl. Romano-Germanicæ forma ab uſu recedere jubet, id qvod ſingulatim infra pluribus declaratur, non tamen ipſam juris diviſionem in ſcriptum & non-ſcriptum eo ipſo prorſus abrogatam autumo: Ad *Prius* ſiqvidem *Jus imperii univerſale*, qvod Receſſus imperii involvunt, *jus Statuum Imperii Provinciale*, Aliaqvè, de qvibus fuſius in ſeqq., *ſtatuta* referri: Ad *poſterius* inter alia *ſtylum Curiæ*, de qvo leg. Stryk. *in Introd. ad prax. forenſ. c. 1. §. 7. jusqvè Pontificium*, utpote qvod in cauſis maximè eccleſiaſticis tacito Noſtratium conſenſu eſt receptum Reink. *de R. S. & E. Lib. 2. Cl. 2. c. 7. n. 5.* Mev. *p. 3. Dec. 133. n. 4.*, trahi poſſe non dubito.

AD §. IV.

IX.

Lex juxta h. §. eſt, *qvam populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat:* Qvæ ſtrictiſſima Legis acceptio uſu fori moderno non comprobatur, ſed in genuino ſenſu dicitur *jus expreſſa Legislatoris voluntate conſtans:* Hacqvè ſignificatione hodie diſpeſcitur in univerſalem & Particularem. Hæc in Provincialem & Statutum. Bekman. *M. P. c. 13. §. 9. in fin.* LL. UNIVERSALES in imperio noſtro fert Imperator cum conſenſu Statuum, qvod commodiori & prolixiori ſtylo exponitur *ad §. 6. h. t.* PROVINCIALES LL. ſinguli Status in ſuis territoriis, vi ſuperioritatis territorialis Krafft Lands-Fürſtlicher / oder hoher Landes-Obrigkeit condunt. Qvæ licet juri Communi contrariæ & inconſulto imperatore latæ, in Camera tamen obſervantur in

cauſis

cauſis ex illo loco provenientibus. Ordin. Cam. *p. 1. T. 13. §. 1. & tit. 57. pr.* Mev. *ad J. L. Quæſt. I. Prælim. n. 39.* Vid. etiam Præfat. C. C. C. *in fin.* Laut. *in Comp. ff. de Conſtitut. Princ.* Qvalem ſuperioritatem territorialem communis interpretum Schola, teſte Sibrando *p. 1. Jur. Lubec. Sect. 7. n. 4.* Liberis imperii Civitatibus recte applicat. jung. Hahn. ad Weſ. *de LL. N. 3. verb. decreta.* Reink. *de R. S. & E. Lib. 1. Claſ. 5. c. 5. & 6. n. 7.* Qvi n. 9. ſecus id in Præſidibus provinciarum olim obtinuiſſe, utpote qvi contra jus ſtatuere nil poterant, probat per *l. 2. C. de offic. Præfect. Prat. Orient. & illyr.* Obſervandum tamen, mores Germaniæ ad condendas LL. Provinciales paſſim ordinum Provincialium conſenſum in conventibus provincialibus admittere; id qvod tum DD. tum variis juribus provincialibus ſatis firmat Sibrand. *d. l. n. 38. ſeqq.* Cui addi poteſt Mev. *p. 2. Dec. 74. n. 5.* Philipp. in uſu pract. *J. L. 1. Ecclog. 9.* Nobis ſufficit allegari politicam Megapolenſem Conſtitutionem conſilio & placito Statuum mit Raht und Beliebung der Ritter und Landſchafft in uſum Anno 1572. fuiſſe revocatam: Inſuper produci Judicialem Megapol. Conſtitutionem junctâ ſtatuum Provincialium operâ mit Zuziehung unſer Ritter und Landſchafft Anno 1622. reviſam & correctam: *Conf. Præfationes:* Qvalis Conſvetudo nullam ſapit iniqvitatem, cum ipſum Caput CÆSAR absqvè Statuum imperii applauſu atqvè ſuffragio nullas imperii generales leges ferat, qva de re infra plena manu agimus: Etiam humanum iſtud eſſe, notabiliter tradit *l. 8. C. de LL.* STATUTA condunt Civitates Provinciales (*de imperialibus jam ſupra actum*) die Fürſten-Städte. Weſenb. *N. 3. de LL.* Sibrand. *d. l. n. 10.* Bartol. *ad l. 9. ff. de J. & J.* Reink. *de R. S. & E. Lib. 2. Cl. 2. c. 10. n. 1. & 3.* Sic Civitati Roſtochienſi jus condendorum

 ſtatu-

ſtatutorum in Transactione de *Anno* 1573. eſt confirmatum, hiſce verbis §. 20. So will auch gemeldeter Raht eine gute Chriſtliche / ehrbahre und billige Policey- und Gerichts-Ordnung / nach der Stadt Gelegenheit und J. F. Gn. außgangenen Policey- und Gerichts-Ordnung / ſo viel ſich immer leiden will und müglich ſeyn wird / gemäß und gleichförmig / ſchrifftlich verfaſſen. *add.* §. *95.* & *97. Tranſact. poſterioris de Anno* 1584. Prout autem prædictæ Civitates diverſæ ſunt conditionis, ita & diverſo ſtatuta condunt modo: *Privilegiatæ* ſiqvidem (qvæ ab aliis mixtæ, ſive mediæ conditionis inter Liberas & Municipales dicuntur) ſuo jure, ex privilegio ſc. jura condunt. *Municipales* autem ex conniventia Superiorum: *Illarum* ſtatuta propter privilegium non indigere confirmatione: *Has* verò confirmationem omninò petetere, rectè docet Lauterb. *in Comp. ff. de Conſtit. Princip. verſ. Hodie.* qvamvis variè DD. diſſentiant. leg. Mev. *qvæſt. 2. prælim. ad J. L. n. 42. ſeqq. ad fin. Habn. ad Weſ. de LL. N. 3. verb. decreta.* Sibrand. *d. l. n. 13. ſeqq.* Reink. *de R. S. & E. L. 2. Cl. 2. c. 10. n. 6.* &c. Num verò prædictarum Civitatum decuriones leges ſuas Civiles, ſive jura ſtatutaria condere volentes, conſenſu omnium, vel majoris partis civium, eas rogare teneantur, non inconcinnè hìc *qværitur?* Affirmat id ipſum indiſtinctè Sibrand. *d. l. n. 46. ſeqq.* Potius tamen pactitium nexum & qvid uſu receptum hodie, probe attendendum autumo: ita in hac civitate varia absq; conſenſu, varia cum conſenſu civium, pro ratione materiæ de qva agunt, ab Ampliſſimo Senatu condita deprehendimus ſtatuta: Nam *Conſtitutiones* qvæ inſcribuntur die Policey-Ordnung / Gerichs-Ordnung / (de hiſce legatur Transactionis ſupra adpoſitæ §. 20.) Juſtitz-Ordnung &c. absq; Civiſi conſenſu: E contra *Conſtitutiones*

*nes*

*nes* qvarum Rubrica die Hoſpital-Ordnung (cujus fundamentũ qvære in Transactione poſteriore §. 23. So wollen auch künfftig die Bürgermeiſter) die Verlöbniß-Hochzeit-Kindelbier-Begrebniß-Fewer-Peſt-Ordnung/ Articuls-Brieff wie es mit Beſtellung der Bürgerwacht gehalten werden ſoll/ der alten Stadt-Kaſten-Verordnung/ &c. &c. cum conſenſu civium ſunt publicatæ. STATUTA porro (niſi placita aut pacta nominare malis *l. un. C. de Monopol. l. fin. ff. de Colleg. & Corp.*) faciunt opificum & Mercatorum Collegia, de his qvæ ad opificii ſui & collegii conſervationem ſpectant, lex ſiqvidem iſtiusmodi conceſſit facultatem, *d. l. f.* Qvam extendit Brun. *ad l. f. C. de jurisdict.* & Wurmſ. *Exerc. 4. jur. publ. Th. 21.* etiam ad proceſſum in rebus opificium concernentibus, ita tamen ut arbitrio actoris relinqvatur, vel artificem ſ. membrũ Collegii coram judice ordinario vel coram ſpeciali collegii judice convenire, cum concurrentem jurisdictionem ſaltem habeant, atqvè adeo præventioni locus fit: Cui verò hodie adverſatur das Concluſum der dreyen Reichs-Collegiorum in Majo, 1691. die Abſtellung der Mißbräuche bey den Handwerckern betreffend: ibi §. 2. Sollen im heiligen Römiſchen Reich die Handwercker keine Zuſammenkunfft unter ſich anzuſtellen und zu haben Macht haben/ es geſchehe dañ in Beyſein eines Deputirten von des Orts Obrigkeit: item §. 6. verb. Sondern da ſich was zutrüge/ darumb ein Handwercksmann/ Meiſter und Geſell auffzutreiben/ oder ihn ſein Handwerck niederzulegen ſeyn möchte/ NB. ſolle ſolches der ordentlichen Obrigkeit des Orts vor- und angebracht/ und hierüber gebührender Außſchlag erwartet werden: &c. porro §. 12. verb. da auch ſonſten zwiſchen denen Meiſtern und denjenigen / welcher ein Meiſter-Stück verfertiget/ Streit und Irrung vorfiele/ ob ſolches

recht

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759/phys_0017 DFG

recht und gut gemachet ſey/ ſoll zu der Obrigkeit Willkühr ſtehen eines andern Orts unintereſſirten Handwercks-Cenſur zu untergeben/ oder in andere Wege zu entſcheiden: & paſſim. De jure Lubecenſi qvid obtineat, diſce ex *Art. 3. T. 13. L. 4.* Ibiq; Mev. Qværi hic ſolet. *Num Collegiorum ſtatuta juri communi non contraria confirmatione ſuperioris indigeant?* De jure Civili negat id ipſum cum Hunn. *ad Tr. V. 1. D. 1. θ. 10. q. 64.* Hahn. *ad Weſ. de LL. N. 3. verb. Decreta*: Affirmat autem Idem de moderno: de utroq; contendit Sibrand. *d. l. Sect. 15. n. 10. ſeqq.* Mev. autem *ad J. L. d. l. n. 37.* confirmationem de Conſuetudine ſvadet, non tam ex neceſſitate, qvàm ad bene eſſe: Sententiæ Hahnii calculum meum adjicio, *tam* qvoad jus civile, cum à lege ipſa confirmentur *l. fin. ff. de Colleg. & Corpor. l. 2. §. f. C. de Conſtit. pecun. qvàm* qvoad jus modernum: juxta ſupra alleg. imperii noſtri Concluſum. *§. 2.* ibi: Auch an keinem Ort einige Handwercks-Articul, Gebräuch und Gewohnheiten paſſiret werden/ ſie ſeyn dann von jedes Orts Obrigkeit confirmirt und bekräfftiget/ hingegen alle diejenige/ welche von denen Handwercks-Leuten/ Meiſter und Geſellen allein für ſich und ohn Oberkeitliche Erlaubniß/ approbation und confirmation auffgerichtet worden/ oder ins künfftig auffgerichtet und eingeführet werden möchten/ null, nichtig/ ungültig und unkräfftig ſeyn/ &c. De jure Lubecenſi idem confirmat Mev. *in Addit. ad d. n. 37.* Recitatio inſuper LL. collegiatarum Dn. Gewettæ præſente, ſingulis annis ſub arbitraria pœna in hac civitate fieri debet, juxta Politicam Conſtitutionem Roſtoch. *ſub rubrica*: Von vorigen und anderen Emptern ins gemein: in fin. ibi: Es ſollen auch alle Empter/ ſo von uns und unſeren Vorfahren mit ſonderlicher Freyheit begabet/ ihre habende Rollen/ alle Jahr einmahl verleſen laſſen/ alles bey willkührlicher Pœn und Straffe.

X.

X.

AD. §. IV. & V.

Plebiſciti & Senatusconſulti, qvalia §. 4. & 5. ſiſtunt, immutati Romani ſtatus conſcius exiguam habet rationem, qvamvis iſtud, qvod Ampliſſ. Senatus Academicus aut Urbicus conſtituit, Senatusconſulti nomine inſigniri poſſe, non diffiteatur, nec aſſenſum recuſet, interdum & hodie pernicioſas Civium ſeditiones *Plebiſcita* corroborandi præbere cauſam, utpote qvod triſtis olim facies dulciſſimi Roſeti ſatis declarat, ubi Anno 1312., tempore Henrici Leonis, Principis Megapolenſis piæ memoriæ, Patriæ Patres à rebellibus civibus Proditorum titulo dehoneſtabantur, nonnulli rotæ imponebantur, aliqvi eorum vehementi torturæ dolore vitam finiebant, Alii decollabantur: Qvin furor adeo invaſerat animos, ut nec frater fratri parceret, Civis ſiqvidem, qvamvis civis nomen non mereatur, Henricus Runge germani ſui fratris Wolmari Runge/ hujus civitatis qvondam Senatoris, in foro miſero multorum aſpectu caput truncari curavit: Ita tandem alii in ordinem Senatorium à ſeditioſis, autoritate tamen Nicoloti, cujus cognomen das Kind von Roſtock / cooptati ſeqventia plebiſcita confirmare & Civitatis ſigillo corroborare adigebantur: (1.) Senatus Roſtochienſis non niſi prævio ſcitu aut juſſu Seniorum Civium, aliqvem in ordinem ſuum recipiat. (2.) Delicta, imprimis pecuniaria cum conſenſu Seniorum punienda. (3.) Nullus Civis pro Nobili impoſterum fidejubeat, & qvi jam fidejuſſit, iſtius obligationis nexu ſit liber. &c. Qvalia plebis-ſtatuta magnæ ruinæ, qvam Chronica Roſtoch. prolixo delineat ſtylo, dederunt cauſam.

XI.

AD §. VI.

Porro modernæ *LL. Univerſales*, Principum placita aut Conſtitutiones Principis juxta §. 6. b. appellari

C ne-

neqveunt, poſtqvam moderna LEX REGIA, qva de Carpzov. integrum edidit tractatum, aliam prorſus imperio Romano dedit formam, cujus intuitu non Conſtitutiones Principis ſ. Imperatoris, ſed Conſtitutiones ſ. Receſſus imperii des Reichs Abſcheide rectius inſcribuntur. Carpz. *d. l. c. 3. S. 1. n. 4., c. 12. S. 2. n. 16., c. 13. n. 13. & c. 13. S. 8. n. 13.* Utpote qvas condit imperator non ſolus, ſed cum conſilio & conſenſu Statuum imperii, qvod ipſum omiſſis variis præcipuè declarat Receſſ. Imp. *de Anno 1559. §. 50.* ex qvo patet, *Niſi cum conſenſu Statuum & ſub ſolita clauſula*: haben wir uns mit den Ständen des Reichs / und Sie mit Uns verglichen: *Conſtitutio formata & publicata fuerit, qvod tum invalida ſit & pro nulla habeatur.* in verb. Auff daß dan dißfals Unſer und des heiligen Reichs Ordnung unmangelhafft ſey und die Gebühr erfolgen möge: add. Carpz. *d. l.* *De Reſcriptis in ſpecie* talis legitur diſſonantia, qvod iſta de jure Civili clauſulam inſertam habere debeant, *ſi veritate nitantur preces l. 7. C. de Diverſ. Reſcript.* Qvalis autem ſecundum jus Canonicum, *c. 2. X. de Reſcript.* Brum. *ad d. l. 7. & qvæſt. ult. ff. de Conſtitut. Princ.* Rittersh. *Diff. jur. Civ. & Can. Lib. 5. c. 17.* hodiè ſemper tacitè ineſt & ſubintelligenda. Stryk. *in Introduct. ad prax. for. c. 3. §. 16.*

AD §. VII.

## XII.

Prætorum Edicta non modicam obtinent juris autoritatem §. 7. h. minorem tamen in ſtatu democratico, qvam qvæ tunc viguerunt juris ſcripti ſpecies. Vinn. *in not. ad d. §.* qvia Prætores non habebant jus ferendi leges proprio jure, nec ex delegatione populi *l. 2. §. 9. & 10. ff. de O. I.* ſed duntaxat Edicta, qvæ proponebant, jus dicendo tuebantur, atqvè ita juri ſuo autoritatem dabant, per *h. §.* Hodie autem inter jus Civile & prætorium ratione

*Autori-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759/phys_0020
DFG

*Autoritatis* nihil intereſt, utrumqvè enim juſtinianei juris nomine comprehenſum æqvè à Germanis generaliter receptum, qvo de ſupra: Intereſt tamen aliqvid ratione *naturæ ſuæ internæ*, hanc ſiqvidem ſalvam juri Prætorio relinqvimus, unde actiones prætoriæ adhuc hodie ſunt annales, civiles autem perpetuæ: Qvod fuſius annuente DEO exponemus infra *ad princ. titul. de Perpet. & tempor. act.* *Prætorem* porro non extraordinariè amplius, ſed ordinariè jus dicere, interqvè prætorem & judicem nullam reſtare hodie differentiam, expeditum eſt: judicium tamen aliud ordinarium, aliud extraordinarium ſ. ſummarium. Stryk. *Introd. ad prax. for. c. 1. §. 11.* Brunm. *proceſſ. Civil. c. 1. n. 16.* Laut. *in Comp. ff. de judic. verſ. Varie dividitur*: Item pignus aliud hodie prætorium, aliud judiciale adhuc eſſe. *Conf. Diſput. mea Inaug. Concl. 17.* Schnob. *D. 12. ff. Th. 3.*, ex allegatis locis facile liqvet. *Ædilium Curulium Edictum*, qvod juris honorarii portio in h. §. laudatur, inſignem in foro præſtare uſum, *ad tit. ff. de Ædilit. Edict. DD.* luculenter probant, qvæ tamen de vitio corporis ſervi latente in *l. 1. & 2.*, qvæqvè de pœna 200. ſolidorum ob liberum hominem occiſum in *l. 40. ff. d. tit.* exponuntur, hodie omnino ceſſare autumo, & qvidem *Prius*, qvia ſervitutem jam abolitam ſeqventes declarant Theſes, niſi ea ad propriorum hominum venditionem, qvatenus illa permiſſa, Vid. Mev. *in Tr.* von Zuſtand der Bauren. *q. 2. n. 91.* extendere velis: *Poſterius*, qvia pœnæ pecuniariæ jure Romano expreſſæ regulariter hodie ſunt arbitrariæ & pro ratione circumſtantiarum à judice determinationem recipiunt: Hiſce tres alios juris Lubecenſis ab Edicto Ædilitio adderem receſſus, niſi jam notati fuiſſent *in alleg. Diſput. Inaug. Concl. 38.*

AD §. VIII. XIII.

Reſponſa Prudentum tanta pollent autoritate, ut ab iisdem recedere judici integrum non ſit. *§. 8. J. h. t.* Qvale aſſertum in Reſponſis ſolennibus hodie uſus approbat, qvem fuſè deductum lege in Diſputatione non ita pridem hîc *Præſ. Viro Excellent. Johan. Sibrando, Fautore æſtimatiſſ., Reſp. Dn. Joach. Henr. Sibrand.* loco inauguralis habita *de Sapientibus Extraneis c. 3. §. 2.* Reſponſum autem Vulgare, qvod in Conſilium & Reſponſum in ſpecie ſic dictum ſubdividitur, probabili duntaxat autoritate gaudet. Brun. *proceſſ. Civil. c. 27. n. 11.* R. J. *de Anno 1654. §. 96. Conf. d. Diſput. c. 2. §. 6. & 7.* Imprimis autem Reſponſi ante proceſſum motum, futuræ litis ſpecie conſcriptâ & ad Collegium JCtorum transmiſſâ, cum rationibus decidendi impetrati hic erit effectus, ut eo ipſo pars adverſa, qvæ alterius ſententiam ſatis in jure fundatam videt, facilius ad Transactionem inducatur; inſuper qvando bonâ gratiâ inaniter oblatâ, alter proceſſui ſe committere neceſſe habet, nihilominus verò ſuccumbit, ab expenſarum refuſione liberetur: Qvod probe attendendum, obqvè id Conſilium petendum litigaturo ſvadet Stryk. *in Introd. ad prax. for. c. 2. §. 4.*

AD §. IX. XIV.

Jus non-ſcriptum eſt jus tacita Legislatoris voluntate conſtans. Laut. *in comp. ff. de LL. in fin.* Ad qvam eliciendam reqviritur publica actuum freqventia. *l. 1. C. Qvæ ſit long. Conſuet.* & diuturnitas temporis. *per h. §. & l. 32. §. 1. l. 35. ff. de LL.* utriusqvè determinatio *jure Civili* judicis arbitrio relinqvenda. *arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. delib.* Harpr. *ad h. §. n. 40.* Hunn. *Lib. 1. Var. Reſol. Tr. 1. q. 24.* Ungep. *Ex. 2. q. 7.* Vinn. *in Comm. h.*, Laut. *d. l.*, Brunm. *Exerc. Juſt. ad h. §. & q. 29. ff. de LL.* Wurmſ. *Exerc. jur.*

*publ. 7. v. 17. jure Canonico* DD. reqvirunt X. annos, ſi præter jus verſetur, ſin contra jus commune XL. annos, deniqvè tempus immemoriale, ſi contra reſervata Principis tendat. *ſec. Gloſſ. in cap. fin. X. de Conſuet.* docente Vultej. *h. n. 9. In foro communi* qvod minimum decennii tempus reqviratur & regulariter ſufficiat, DD. communiter atteſtari tradit Gail. contra reſervata Principis tendentem caſum tantum excipiens. *Lib. 2. O. 31.* qvod & verum agnoſcit jus Prutenicum *L. 1. T. 33. §. 15. in fin. In foro tamen Saxonico*, uti Pruten. d. l., ad inſtar immobilium & jurium ſpatium XXXI. annorum, VI. hebdomadarum & III. dierum, germ. Ein und dreißig Jahr und Tag/ deſiderari teſtis eſt Carpz. *p. 2. C. 3. D. 21.*

XV.

AD TITULI III. DE JURE PERSONARUM PRINCIPIUM, §. II. & III.

Jus Gentium qvidem immutabile, obqvè id Servitus Politica nullam patitur mutationem. Bekm. *M. P. c. 2. §. 11. & 12.* Servitutem tamen Legalem, cujus origo, ſuadente duntaxat humanitate, captivitati adſcribitur in *§. 2. J. de I. N. G. & C. & §. 3. h.*, inter Chriſtianos in deſuetudinem abiiſſe, communis DD. fert ſententia. Laut. *in Comp. ff. de Stat. hom.* ibiqvè alleg. Weſenb. Gudel &c. add. Mev. *ad l. L. Lib. 1. T. 3. n. 28.* Gail. *Lib. 2. de Pignorat. c. 8.* Unde & *diviſionem* hominum in Liberos & Servos corruere neceſſe: Qvibus tamen, præſertim adſcriptitiis, hodie affines Ruſtici, homines aliàs proprii eigene Leute. Mev. *d. l. A. 2. n. 2. & 3.*, utpote qvi terræ qvaſi adnexi pro parte fundi & immobilibus habentur. *l. 22. §. 1. C. de Agricol. & Cenſ.* Mev. *p. 4. Dec. 24. n. 1.* Dominum ſuum deſerere, eoq; inſcio aut invito domicilium alio transferre neqveunt, diſcedentes revocati propria iſtius autoritate puniuntur. Mev. tract. von Zuſtand der Baurē. *q. 1. n. 37.* cum qvo concordat die Mecklenb. renovirte Geſinde-Taglöhner-Bauer-

und

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759/phys_0023
DFG

und Schäffer-Ordn. *de Anno* 1646. & 1654. *Tit.* 2. §. 3. ibi: Jnmaſſen wir dann auch ordenen und wollen/ daß keines Baueren Sohn oder Tochter ſich eigenes Gefallens etc. irgends wo ohn Erlaſſung Häußlich niederzulaſſen/ oder auſſerhalb Landes in Dienſte zu begeben/ bemächtiget ſeyn ſollen. Etiam pro lubitu à Dominis ejiciuntur. Mev. *p.* 2. *Dec.* 234. Ager ipſis datus ſub Dominio Domini remanet, manumittuntur ut ſervi, liberi eorum proprii homines ejusdemqvè conditionis fiunt, cum ipſo fundo oppignorantur. Mev. *p.* 4. *Dec.* 24. & *in d. Tract. q.* 2. *n.* 79. poſſidentur, vindicantur, venduntur. Brunm. *Exerc. Juſt.* 1. *ad* §. 2. *h. t.* Sed hæc ita qvoad *culturam agrorum*, qvæqvè iſtis conſectaria ſunt: Extra autem hanc cauſam, liberi revera ſunt, non ſervi, habent qvippe perſonam ſtandi in judicio, qvod ſervis denegatur. *l.* 107. *ff. de R. J.* Laut. *in Comp. ff. de judic. verſ. poſſunt agere & verſ. Reus.* Mev. *in d. Tr. q.* 1. *n.* 34. & *ad J. L. d. l. A.* 2. *n.* 28. Propria bona poſſident & commercia in propriam utilitatem exercent. Gail. *de pignorat. O.* 8. Mev. *d. Tr. q.* 1. *n.* 35. non autem ſervi. §. 3. *J. Perqvas perſ. cuiqvè acq.*, §. 1. *J. de His qvi ſui.* Ipſis relinqvitur jus patriæ poteſtatis, cum Dominis contrahendi licentia, ſucceſſio & teſtamenti condendi facultas, etiam Tutores & Judices eſſe poſſunt, idcirco in Germania paſſim videmus obtinere das Schultheiſſen-Gericht. &c. Mev. *ad I. L. d. Tit.* 3. *n.* 40. Qvæ omnia non competunt ſervis. *arg. pr. J. de patr. pot. l.* 22. *ff. de R. J. l.* 32. *ff. eod. l. Barbarius.* 3. *ff. de offic. prat.* Proin Ruſticos habere pro ſervis, abſurdum erit. Mev. *d. l.*

AD §. IV.

## XVI.

Sublata ſervitute, etiam hoſce, qvos hic §. ſiſtit, modos conſtituendi ſervos hodie ceſſare neceſſe, unde in bello *capti* ſoluto redemtionis pretio veniam recedendi impe-

impetrant. Laut. *in Comp. ff. de Stat. hom. princ.* Brun. *Exerc. Juſt. 1. ad h. §.* Mev. *ad I. L. Lib. 1. T. 3. n. 30.* In bellis tamen cum infidelibus geſtis ſervitutis jura adhuc ſolent obſervari, Noſtrates ſiqvidem à Turcis, Sarracenis, Tartaris &c. captos duro ſervitutis ſubmitti jugo, ſatis declarat R. I. de Anno 1542. §. und wiewol nun Chur-Fürſten. 2. Ibi: in Tyranniſche / Viehiſche Dienſtbahrkeit führen laſſen müſſen. Jure proin retorſionis contra hujusmodi populos rectè nos uti, prolixè deducit Philipp. *in uſu pract. J. Lib. 1. Eccl. 32.* add. Vinn. *in Comm. ad §. 3. J. h.* Mev. & Brunm. *d. l.* Porro aliqvalem *Nativitatis* vim in modernis adhuc conſpicimus ruſticis, qvorum liberi proprii homines, ejusdemqvè cujus Parentes, fiunt conditionis. Mev. *p. 4. Dec. 25. n. 2. & in d. Tract. q. 2. n. 19. ſeqq.* id qvod fuſius ſeq. Tit. exponit. Etiam *pacto ſuo* aliqvem glebæ ſ. prædio ita addici, ut pro iſtius utilitate ſervitia præſtare teneatur, nec ſua voluntate ſe liberare qveat, experientia toties teſtatur. Mev. *in d. Tr. q. 2. n. 46. ſeqq.* Porro *Præſcriptione* acqviritur ruſticus: qva de prolixè Mev. *p. 1. Dec. 90. n. 12. ſeqq., p. 2. Dec. 101. n. 3. & 4., p. 8. Dec. 223.* It. *in d. Tr. q. 2. n. 104.* Inſuper *Venditionem* ruſtici cum & ſine fundo (licet poſterius ſit contra jus Civile *l. 2. C. de Agr. & Cenſ.*) à Nobili factam; Nec non *Conjugium* uxoris liberæ vel ruſticæ alterius Domini cum ruſtico initum, prædictis ſervitutem conſtituendi modis limitatè inſerit Mev. *d. l. n. 78. ſeqq. & n. 144. ſeqq.*

XVII. AD §. V.

In ſenſu Civili, num in Servorum conditione aliqvalis ſit differentia, hodie fruſtra qværi, tralatitiũ eſt: In ſenſu tamen moderno, qvo à ſerviendo duntaxat tales dicuntur, magnam dari diverſitatem, confitebitur qvilibet ponderans, famulos, ancillas, ſervos domeſticos, Hauß-Knechte/

te/Factores, Proviſores &c. homines eſſe perfectè liberos, utpote qvi nulla alia ratione nobis obligati, niſi qvatenus pro certa mercede contractu locationis & conductionis ad tempus promiſerunt operas: Ruſticos autem noſtros veræ ſervitutis ferre notam, eo qvo cum fundo oppignorantur, venduntur, vindicantur, eorumqvè liberi ejusdem redduntur conditionis &c. Circa *Priores* ſpecialia in foro occurrentia, lege allegata *in Diſſ. mea inaug. Concl. 45.* qvorum inde ulterius hic non habebitur ratio. *Poſterioribus* noli annumerare die Frey-Bauren/ de qvibus vid. Mev. *ad I. L. lib. 1. T. 3. n. 35, & p. 4. Dec. 271. & prolixe in d. Tr. q. 1. n. 11. ſeqq.*

AD TITULI IV. DE INGENUIS PRINCIPIUM ET §. I.

## XVIII.

Qvilibet qvidem ex mente juris Civilis hodie naſcitur liber, intuitu ſc. Status, qvi in libertate, civitate & familia dicitur conſiſtere. Brun. *Quæſt. 2. ff. de Stat. hom.* Unde Ruſticos noſtros juxta *§. 1. h. t.* magis in ſervitute eſſe ſ. ſervire, qvàm ſervos eſſe, eruditè tradit Mev. *ad I. L. lib. 1. T. 3. A. 2. n. 5.* Utpote qvi libertatis, Civitatis & familiæ ſunt participes, qvia tamen propter culturam agri, cujus inſignis eſt utilitas, proprios perpetuò adeſſe homines, non ſunt perfectè liberi, ſed aliqvam ſervitutis ferunt notam, non ſane incongruè & ſervos ſ. ruſticos naſci in Theſ. XVI. dictum: Hincqvè ductu Princip. h. t. Diſtingui poteſt: *An partus ex matre naſcatur libera, patre verò ruſtico: An contra ex patre libero, matre verò ruſtica:* Adde autem hodie. Num *in matrimonio, num extra matrimonium ejusmodi naſcatur partus. Priori caſu*, nempe in matrimonio nati indiſtinctè patris, *poſteriori* verò matris ſeqvuntur conditionem. *l. 19, 24. ff. de Stat. homin.* Laut. *in Comp. ff. eod. verſ. præterea homines.* Weſenb. *eod. N. ult.* Mev. *p. 6. Dec. 102. n. 5. add. p. 2. Dec. 231. n. 1. & Dec. 232.*

*idem*

*idem prolixè in d. Tr. q. 2. n. 21. ſeqq.* Huic jungere placet qvæſtionem, *Quid ſi Ruſtica inſcio Domino junxerit ſe cum ruſtico alterius Domini, cujus erunt liberi ex tali matrimonio nati?* Reſp. in ſupra alleg. Megap. Ruſtic. Conſtitut. Absqvè conſenſu Dominorum ita initi matrimonii liberos cum matre ſeqvi patrem, ejusqvè Domino eſſe ſubjectos, poſtqvam æqvum uxoris Domino pro facultatibus iſtius ſolutum eſt dimiſſionis pretium. *d. l. §. 4.* add. Mev. *p. 2. Dec. 231. n. 2. ſeqq. & Dec. 232. & in d. Tr. q. 2. n. 167. ſeqq.* Ex illicito autem congreſſu natos, ad matris Dominum ſpectare, niſi ea cum liberis ſit legitimata per ſubſeqvens matrimonium. *d. Conſtit. §. 6.*

XIX.

AD TITULUM V. VI. & VII.

Hi tres tituli, qvi *tum* varios apud Romanos conſvetos manumittendi modos, *tum* cauſas ex qvibus manumiſſio fieri neqvit, *tum* abrogatam determinationem eorum, qvi in teſtamento manumitti poſſunt, fuſè exponunt, hodie exiguum, imo nullum præſtant uſum, qvin & manumiſſioni annexum Patronatus jus jam dudum exolevit: In propriis tamen hominibus hoc remanſit, qvod Dominus à conditione ſervili proprios homines liberaturus deſuper Inſtrumentum conficiat, qvod Germanis dicitur ein Erlaß-Brieff: Poſt qvam dimiſſionem nihil juris retinet in illorum perſonam & bona, qviqvè ad opificia, dignitates, à qvibus antea excluſi erant, admittuntur. Gail. *de Arreſt. Imp. c. 8.* Mev. von Zuſtand der Bauren. *q. 3. n. 36.* Unde inter liberos perfecte natos & liberos factos, contra *§. ult. J. de Jur. perſ.* hodie nulla differentia. Præterea à nexu ruſtico liberantur, qvando dominus illos *ejicit* vel *dimittit* wann er ihnen aufſaget: Qvod in Megapoli & Pomerania permiſſum eſſe, docet Mev. *p. 2. Dec. 234. & in d. Tr. q. 3. n. 37. ſeqq. fuſè*



dedu-

*deducit*, cui junge Provinciæ hujus Reverſales de Anno 1621. §. 16. ibi: daß die Baurs-Leute die ihnen eingethane Huefen etc. den Eigenthumbs-Herren/ auff vorhergehende Loßkündigung/ nulla, vel Immemorialis temporis detentatione obſtante, unweigerlich abzutreten/ und einzureumen ſchuldig ſeyn ſollen. *Vel* contra ruſtici, fundum reſtituendo, Domino ſervitia *renunciant*, qvi tamen modus tunc demum procedit, qvando ruſticus tantum ratione prædii, qvod iterum cedit, non autem ubi inſuper ratione perſonæ Domino eſt obligatus, qvo caſu invito Domino renunciare permiſſum non eſt: Qvæ Poſterior duntaxat obligatio in noſtris deprehenditur oris, juxta Mev, *in præd. Tr. q. 3. n. 53.* Qvodqve confirmatur in der Mecklenb. Bauer-Ordn. *d. T. 2. §. 1.* ibi: Weil ſie ihrer Herꝛſchafft/ dieſer unſer Lande und Fürſtenthüme kundbahren Gebrauch nach/ mit Knecht und Leibeigenſchafft/ ſambt ihren Weib und Kindern verwandt/ und dahero NB. ihrer Perſohnen ſelbſt nicht mächtig/ noch ſich ohn ihrer Herren Bewilligung ihnen zu entziehen etc. NB. einiger maſſen befuget: *Vel* qvando diſcedentes ſurrogant alium colonum admittente Domino. *Vel* ad Doctoralem aliamve dignitatem evehuntur. *Vel* propter loci ſterilitatem victum habere non valentes, aut ob inſignem Domini ſævitiam migrare neceſſe habent. Hiſce aliisqvè ſimilibus cauſis nexus ſervilis rumpitur, qvas tradit Philipp. *in uſu pract. J. L. 1. Eccl. 38., 39.* Schultz. *in Synopſ. J. de Libert.* Mev. *d. Tract. q. 3. n. 49., 57., 134.*

AD TITULI VIII. DE HIS QVI SUI, vel ALIENI JURIS SUNT §. I. & II.

XX.

Rubrum hujus Tituli Nigro latius eſſe, ex eo, qvod Dominicæ duntaxat poteſtatis exponuntur jura, non obſcurè liqvet: Qvæ jura partim in *perſona*, partim in ſervorum conſpiciuntur *bonis*. Ad *Prius* olim jus vitæ & necis

necis *in §.1. h.l.1. §. 1. ff. eod.*, ex Conſtitutione autem Divi Antonini & Conſtantini, priori jure ſublato, modica duntaxat refertur coërcitio. *§. 2. J. h. d. l. 1. §. 2. ff. h. t. t. C. de Emend. ſerv.* & Dominus nimis ſæviens bonis tenetur ſervum vendere conditionibus. *d. §. 2. h. t.* Ad *Poſterius* ſpectat regula *§. 1. h. Qvicqvid acqvirit ſervus, id acqviritur Domino.* Hæc & alia Dominicæ poteſtatis jura, ab interpretibus paſſim expoſita, hodiè partim approbata, partim reprobatà legimus: in *perſonam* enim Dominicum imperium hodie permittit ea, qvæ agriculturæ, cui ruſtici addicti ſunt, ſubſerviunt, veluti præter reverentiam, ſubjectionem & fidem, (1.) modicam *coërcitionem* contumacis ac negligentis, *ſævitia* autem Domini amiſſione juris in ruſticum plecti ſolet: Mev. *p. 2. Dec. 85. n. 2. & prolixè in d. Tr. q. 3. n. 59. ſeqq.* Idem *ad J. L. lib. 1. T. 3. A. 2. n. 18.* In vitam Ruſticorum nihil licet Domino prædii, niſi ratione jurisdictionis, qvam in fundum habet. Mev. *d. l. A. 2. n. 24.* (2.) *Vindicationem* ruſticorum ab aliis detentorum, horum enim absqvè opera ager coli neqvit, unde nec licet hiſce prædii Dominum deſerere, nec aliis proprios homines alicui abducere: Hunc in finem in Transactione hæreditaria de Anno 1584. Art. 110. cavetur: die Bauren aber/ welche aus den Fürſtlichen Emptern/ oder aus der Mecklenburgiſchen Landſaſſen Gütern in die Stadt Roſtock entlauffen/ ſoll und will der Raht/ durch ihre Stadt-Diener/ ſo woll den Fürſtlichen Ampt-Leuten/ als denen die von der Ritterſchafft/ auff deren Abfodern/ zwiſchen den Stadt-Thoren/ innerhalb des Schlag-Baums hinführo überantworten laſſen: Simile pollicentur Sereniſſimi Principes in Reverſalibus *de Anno 1621. Art. 44.* ibi: Wollen wir unſer getreuen Landſchafft außgetretene Baureu in unſern Emptern nicht auffhalten/ ſon-

dern auff gebührliches Anſuchen und Beweißthumb/ ihren Herrn wiederumb folgen laſſen: add. die Meklenb. Pol. v. L. O. *de Anno* 1572. *Rubr.* von Dienſtboten. *in fin. p. m.* 104. Ipſum autem in ejusmodi cauſa procedendi modum fusè exponit die Bauer-Ord. *de Anno* 1654. *T.* 2. §. 7. *ſeqq.* add. Mev. *p.* 1. *Dec.* 179. & *p.* 3. *Dec.* 9. & *p.* 4. *Dec.* 23. *idem in d. Tract. q.* 4. Hinc & in benè conſtitutis Rebuspubl. homines proprii non aliter ad jus Civitatis admittuntur, niſi manumiſſionis teſtimonium Loß-Brieffe afferant, vel alias nexu ſervili liberati veriſimiliter præſumantur. Conf. Mev. *ad I. L. d. l. A.* 3. *n.* 35. it. die Bürgerſprache. *Art.* 13. & 14. ibi: Auch ſoll kein Dienſt-Knecht zum Bürger angenommen werden/ er habe dann zum wenigſten drey Jahr alhie bey einen Herren getreulich gedienet: Iis autem in numerum Civium jam cooptatis, vindicatio ad annum & diem I. L. *lib.* 1. *T.* 3. *A.* 3. eſt reſtricta, qvo elapſo ab omni impetitione abſolvuntur. Mev. *p.* 1. *Dec.* 90. *n.* 12. more tamen qvarundam Civitatum, ubi prædictum I. L. viget, civibus ejusmodi plenæ libertatis redemtio injungi ſolet, ne deprehenſi in alieno territorio vexentur. Mev. *ad I. L. d. l. n.* 30. *idem ſolvit dubium, qvod ratione patriæ ex præallegato Art.* 110. *Tranſact. poſterioris formari poteſt in p.* 2. *Dec.* 49. Extra loca autem, qvæ receperunt J. Lubecenſe, ex praxi generali tales in ſervitutem qvoc. tempore retrahi poſſe, late deduxit Mev. *ad I. L. d. l. n.* 7. *ſeqq.* & *p.* 2. *Dec.* 101. Vid. tamen *p.* 1. *Dec.* 90. & *in d. Tr. q.* 3. *n.* 153. *ſeqq.* (3.) *Exactionem* operarum, qvæ Fronen ſ. Fron-Dienſte appellantur, qvæqvè ſunt *vel* determinatæ pacto aut ſtatutis gemeſſene und geſetzte: qvales exactè ſervandæ, nec poterit Dominus illas in alias operas ſimiles mutare invitis ruſticis. Carpz. *L.* 1. *Reſp.* 56. *vel* indeterminatæ ungemeſſene Dienſte/ ubi attendi ſolet conſuetudo loci,

vitæ

vitæ ſuſtentatio, prædiorum qvantitas. &c. Conf. Mev. *p. 4. Dec. 133.* (4.) *Dimiſſionem* & ejectionem ex fundo conceſſo, qva de in Th. præced. & Schultz *in Synopſ. J. h. t.* &c. *Bona* ruſticorum propria qvod concernit, *qvamdiu illi vivunt*, nihil juris in illa Dominus habet, unde & commercia in propriam utilitatem exercent, etiam cum propriis Dominis contrahunt, proximis proprio jure ſuccedunt, deq; bonis ſuis teſtantur. Mev. *ad I. L. p. 2. T. 1. A. 2. n. 52. ſeqq.* adeoqvè plenum bonorum arbitrium eſt penes ruſticos, qvi tamen ut plurimum ratione fundi Domino certam ſolvunt penſionem annuam, Pacht / inſuper ſervitutis ſ. jurisdictionis qvoddam dant argumentum, pullos ſc. vel gallinas, qvod vulgò das Rauchhun appellatur: Etiam ad munera extraordinaria interdum obligantur: De qvibus leg. Mev. *ad I. L. Lib. 1. T. 3. A. 2. n. 21.* Præterea ſpeciale aliqvod legitur in Conſtit. polit. Megapol. *de Anno 1572. Rubr.* von Gewerb und Handthierung der Bauren: ibi: So ordenen und wollen wir / das hinfürder keiner aus den Städten / mit den Bauren / auch kein Bauer mit den andern / ohn vorwiſſen und Bewilligung eines jeden Obrigkeit / zu halben ſeen / und das Viehe umb die Helffte zuſammen ſetzen ſollen: Qvando autem *vitâ exceſſerunt* ruſtici *absq; legitimo herede*, præter glebam (über Hoff und Hoffgewehr) eorum bona occupat qvidem Nobilis, non tamen ex eo jure, qvod de libertis propoſitum *t. t. ff. de jur. patron. & tit. ff. de Bon. libert.* ſed jure qvodam fiſci, qvi ultimus ſucceſſor eſt: Omnibus enim merum imperium habentibus jus in bona vacantia competere, in pleriſqvè locis eſt receptum Weſ. *N. ult. de jur. fiſc.* Hahn. *ad W. in qvib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. N. 5. verb. unde arguunt.* Laut. *de jur. fiſc. princ.* Beſold. *in Theſ. pract. voc.* Erbloſe Güter. Qvando autem *heredem habet*, certam nihilominus bonorum

portionem, qvæ pro locorum diverſitate variat, Domino ex conſvetudine competere, tradit Mev. *ad l. L. lib. 1. T. 3. A. 2. n. 31.* Huic ſervitutis materiæ ita, adſiſtente Numine, feliciter abſolutæ, ſpecialia, qvæ de ſervitute Hebræorũ in ſacro paſſim exponuntur Codice, inſeri potuiſſent, ni juſtus ſubfuiſſet timor, ne objiceretur, *Ne Sutor ultra crepidam & culpam eſſe immiſcere ſe rei alienæ l. 36. ff. de R. I.* proin ab iis abſtinui, ſanctiſſimo DEO, Suos diris undiqvè laceratos calumniis non deſerenti, omnem laudem & gloriam addicens.

---

Die Biene kehrt nicht leer zu ihrem Korbe wieder/
Sie nim̃t zu Hauſe mit den Außgeſognen Safft/
Und wird durch ſolchen Fleiß nicht träger oder müder/
Weil Arbeit und der Nutz verdoppelt ihre Krafft.
Laß/ wem es wollgefällt/ in wilden Leben ſchwärmen/
Du aber/ lerne guts/ das wird dier beſſer ſeyn/
Gantz ſonder Nutz und Frucht iſt alles eitle Lermen/
Du aber ſammle woll der Weißheit Honig ein.
Wer GOtt und Gottesfurcht im Leben hat vor Augen/
Der iſt ein guter Chriſt/ und ein gelehrter Mann/
Und wird/ nach kurtzer Zeit/ den beſten Honig ſaugen/
GOtt laß den Wunſch bey dier/ **mein Bruder**/ kleben an.

Dieſe wenige Zeilen hat aus Brüderlichem Gemühte ſetzen wollen

C. Ellerhuß/ D.

---

ARma juvent alios, non ſic tua ſurgere poſcit
Gloria, dum Miles pulpita celſa petis.
Incedis meliore gradu: ſic tutior ibis,
Certior & pugnæ palma ſeqvetur Honor

Ita Nobiliſſimo Dn. Reſpondenti
*calamo properante gratulatur*

PRÆSES.

Pecto

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715759/phys_0032
DFG

PEctore & ore precor, conſcendas pulpita fauſtè
Et maneant Temet laus, honor atqve Decus.

*Paucula hæc Doctiſſimo Dn. Reſpondenti gratulabundus apponere voluit*

JOHANN JOACHIM Beſelin / J.U.L.
& Conſiſt. Ducal. Advoc. Ordin.

JCh kenne meine Schuld / ich ſoll den Tag erheben /
Da Er mit höchſten Ruhm anfänget jetzt zu leben /
Es zeiget ja ſein Werck was Er bey ſich geheg't /
Und wie ſein hoch Gemüht die Ehre überleg't.
Er wird an dieſem Tag / indem Er diſputiret /
Apollos höchſte Gunſt / die Er in Armen führet
Erlangen / und den Ruhm / den Er verlangen kan /
Dis zeiget ja ſein Fleiß und Diſputiren an.
Ich wünſche Glück dazu und auch die höchſte Ehre /
Sein unverdroßner Fleiß der führet Jhm zur Lehre /
Die Ehre / Glück und Ruhm / Jhm bringt mit Uberfluß /
Und wünſchet was ſein Hertz verlanget zum Beſchluß.

Dieſes ſetzet ſeinem hochgeneigten Freund zu ſchuldigſten Ehren / deſſen ergebener Freund

JOACHIMUS Schwartzkopff.

SO läſt Er / wehrtſter Freund / durch dieſe Probe ſehen /
Was noch ins künfftige von JHM zu hoffen iſt.
Da Er mit groſſen Ruhm / will zur Catheder gehen /
Darauff man lehrt vom RECHT / das Er in kurtzer Friſt /
Jhm erſt erwehlet hat: Und will alſo vollführen
Was Greiffswald ſchon bey JHM / woll angefangen hat /
So wünſch ich / daß Er mög' mit groſſer Ehre zieren /
Als ein gelahrter Mann / die edle Roſen-Stadt.

Mit dieſen wenigen hat gegen ſeinem liebwehrteſten Freunde ſein geneigtes Gemüth / mit Wunſch alles ſelber-wünſchten Wollergehens darlegen wollen

Johann Chriſtoph Jauch / Güſtr. Meckl.
S. S. Theol. Stud.

STudiren pflaſtert uns die rechte Tugend-Bahn /
Die auff derſelbigen des Pindus Spitz erſteigen /
Zu denen muß der Ruhm und Ehren-Pracht ſich neigen /
Die auch der blaſſe Neid niemahls verwehren kan;

Drümb

Drůmb haſtu/ Wehrteſter/ die rechte Bahn erkieſen/
Indem du ȯffentlich haſt deinen Fleiß erwieſen.
Fahr derowegen fort/ du treuer Muſen-Sohn/
Und ſpare keine Můh/ laß deinen Fleiß nicht fallen/
Alsdann ſo wird dein Lob in vollem Maaß erſchallen/
Wenn du erlanget haſt/ die rechte Ehren-Krohn
Wornach ſo mancher ſtrebt/ und doch nicht kan erlangen/
Du aber wirſt ſie bald/ mein wehrter Freund empfangen.

Dieſes hat in Eil ſeinem guten Freunde bey růhmlich abgelegter Probe zu Ehren ſchreiben wollen

M. C.

---

SIc tuæ laudes calamis canendis
Exhibent ſeſe, Cathedram Roſeti
Corde dum ſcandis minus expavente,
Dulcis Amice.

Laude præcellent freta permeantes,
Qvi Tagi fulvi referunt metalla,
Sive ſplendorem viridis ſmaragdi,
Semina pravi.

Dignior qvidnî foret ille lauro,
Mentis edoctæ nitidos theſauros
Qvi tulit JOVÆ, niveisqve Muſis
Uſqve placentes?

Hôcce qvam motus fueris, probabit.
DocteReſpondens! tua promta lingva,
Roſtra narrabunt genii talenta,
Qvæ retuliſti.

*In laudem Per-Eximii DN. RESPONDENTIS, Amici à teneris integerrimi apponebat*

Z. GRAPIUS, Roſtochienſis.

---

## Sonnet.

Es will ein Tugend Geiſt an eitler Luſt nicht kleben/
Er ſieht die Wolluſt nur mit ſchielen Augen an/
Thut gleich wie Hercules die Laſter in den Bann
Die Ihm befehlen nur in Faulheit ſtets zu ſchweben;
Das macht'/ weil Er ſich gantz der Tugend hab ergeben/
Die ſeinen Nahmen faſt unſterblich machen kan;
Und ſo wird deſſen Ruhm ohn blaſſen Neidt alsdann
Faſt über alle Stern' erhaben ewig leben:
Dies' zeigſtu auch mein Freund mit dieſen Fleiſſes Proben/
Das du die Tugend haſt bißher geliebet ſehr/
Es werden dich darob der Tugend Freunde loben/
Und was ſie kȯnnen nur beytragen deiner Ehr'.
Fahr fort in deinem Fleiß/ ſo wirſtu eins befinden/
Daß Themis dir den Krantz wird um die Schlåffe winden.

Dieſe wenige Zeilen ſetzte dem Hn. Reſpondenti/ als ſeinem Landesmann und lieben Freunde

J. C. Hiltebrandt/ Roſtoch.
Jur. Stud.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741715759/phys_0036
DFG

PEctore & ore precor, conſcendas pulpita fauſtè
Et maneant Temet laus, honor atqve Decus.

*Paucula hæc Doctiſſimo Dn. Reſponden*
*gratulabundus apponere voluit*

JOHANN JOACHIM Beſelin/ J.
& Conſiſt. Ducal. Advoc. Ordin.

---

JCh kenne meine Schuld/ ich ſoll den Tag erheben/
Da Er mit höchſten Ruhm anfänget jetzt zu leben/
Es zeiget ja ſein Werck was Er bey ſich geheg't/
Und wie ſein hoch Gemüht die Ehre überleg't.
Er wird an dieſem Tag/ indem Er diſputiret/
Apollos höchſte Gunſt/ die Er in Armen führet
Erlangen/ und den Ruhm/ den Er verlangen kan/
Dis zeiget ja ſein Fleiß und Diſputiren an.
Jch wünſche Glück dazu und auch die höchſte Ehre/
Sein unverdroßner Fleiß der führet Jhm zur Lehre/
Die Ehre/ Glück und Ruhm/ Jhm bringt mit Uberfluß/
Und wünſchet was ſein Hertz verlanget zum Beſchluß.

Dieſes ſetzet ſeinem hochgeneigten Freund zu ſchuld
Ehren/ deſſen ergebener Freund

JOACHIMUS Schwartz

---

SO läſt Er/ wehrtſter Freund/ durch dieſe Probe ſehen/
Was noch ins künfftige von JHM zu hoffen iſt.
Da Er mit groſſen Ruhm/ will zur Catheder gehen/
Darauff man lehrt vom RECHT/ das Er in kurtzer F
Jhm erſt erwehlet hat: Und will alſo vollführen
Was Greiffswald ſchon bey JHM/ woll angefangen h
So wünſch ich/ daß Er mög' mit groſſer Ehre zieren/
Als ein gelahrter Mann/ die edle Roſen-Stadt.

Mit dieſen wenigen hat gegen ſeinem liebwehrteſten F
de ſein geneigtes Gemüth/ mit Wunſch alles
wünſchten Wollergehens darlegen wollen

Johann Chriſtoph Jauch/ Güſtr. M
S. S. Theol. Stud.

---

STudiren pflaſtert uns die rechte Tugend-Bahn/
Die auff derſelbigen des Pindus Spitz erſteigen/
Zu denen muß der Ruhm und Ehren-Pracht ſich neigen/
Die auch der blaſſe Neid niemahls verwehren kan;